

- prognatum genere summo et summis ditiis:
hoc illum me mutare confido pote. 170
- ERG. Ita di deaeque faxint. sed num quo foras
vocatus <es> ad cenam?
- HE. Nusquam, quod sciam.
sed quid tu id quaeris?
- ERG. Quia mi est natalis dies;
propterea <a> te vocari ad te ad cenam volo. 175
- HE. Facete dictum. sed si pauxillo potes
contentus esse.
- ERG. Ne perpauillum modo,
nam istoc me assiduo victu delecto domi;
age sis, roga emptum: nisi qui meliorem adferet
quae mi atque amicis placeat condicio magis, 180
quasi fundum vendam, meis me addicam legibus.
- HE. Profundum vendis tu quidem, haud fundum, mihi.
sed si venturu's, temperi.
- ERG. Em, vel iam otium est.
- HE. I modo, venare leporem: nunc irim tenes;
nam meus scruposam victus commetat viam. 185
- ERG. Numquam istoc vinces me, Hegio, ne postules:
cum calceatis dentibus veniam tamen.
- HE. Asper meus victus sane est.
- ERG. Sentisne essitas?
- HE. Terrestris cena est.
- ERG. Sus terrestris bestia est.
- HE. Multis holeribus.
- ERG. Curato aegrotos domi. 190
numquid vis?
- HE. Venias temperi.
- ERG. Memorem mones. –
- HE. Ibo intro atque intus subducam ratiunculam,
quantillum argenti mi apud trapezitam siet.
ad fratrem, quo ire dixeram, mox ivero. –

- Hier drinnen, bester Herkunft und mit viel Besitz,
Für den, hoff ich, werd ich zurück ihn tauschen können. 170
- ERG. Das geben Göttinnen und Götter! Doch, du bist
Wohl nicht zu Tisch geladen?
Nirgends, dass ich wüsst.
- HE. Doch weshalb fragst du?
Weil ich heut Geburtstag hab;
- ERG. Deshalb möchte ich von dir zu Tisch geladen werden. 175
- HE. (lachend) Charmant gesagt! Doch nur, wenn du mit wenig dich
Begnügen kannst.
Wenn's nur nicht gar zu wenig ist;
- ERG. An solcher Kost lab ich mich nämlich stets zu Haus.
(Förmlich) Wohlan, so kaufe: falls kein bessres Angebot
Ergeht, das mir und meinen Freunden mehr gefällt, 180
Verkauf wie Grundbesitz ich – mich, zu meinem Preis.
- HE. Ein Fass ohne Grund verkaufst du mir, nicht Grundbesitz.
Doch wenn du kommst, komm zeitig.
Oh, ich hab gleich Zeit.
- ERG. Geh nur, jäg einen Hasen: jetzt gibt's Igel nur;
Denn meine Kost geht einen spitzig harten Pfad. 185
- ERG. Nie schlägst du so mich, Hegio, bild dir das nicht ein:
Mit wohlbeschuhten Zähnen komme ich dennoch.
- HE. Mein Mahl ist wirklich stachlig.
Isst du Dornen denn?
- ERG. Nun, Erdkost ist's.
- ERG. Das Schwein ist ja ein Erdtier wohl.
- HE. Mit viel Gemüse.
- ERG. (enttäuscht) Kranke pfleg damit zu Haus. – 190
Sodann?
- HE. Komm zeitig.
- ERG. Einen mahnst du, der sich's merkt.
(Ab zum Markt.)
- HE. Ich geh hinein und rechne drinnen mein Konto nach,
Wie wenig Geld ich beim Bankier noch liegen hab.
Zum Bruder, wohin ich hatt wollen, geh ich bald.
(Ab ins Haus.)